Nos capitulum ecclesie Transsiluane significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Michael filius Petri de Baldkho ad nostram veniendo presenciam sua ac nobilis domine Kalis filie
quondam Echi consortis sue in personis exhibuit nobis quasdam litteras patentes excellentissimi principis domini Lodouici dei gracia illustris regis Hungarie domini nostri maiori suo sigillo
consignatas tenoris infrascripti, petens nos humili precum cum instancia ut easdem in formam litterarum nostrarum patencium de verbo ad verbum transscribi et redigi sigilloque nostro communi facere digna-
remur ad cautelam. Quarum tenor per omnia talis est: Lodouicus dei gracia rex Hungarie fideli suo magnifico viro Dionysio woyuode Transsiluano et comiti [illegible] salutem
et graciam. Noueritis quod licet nos nobilem puellam Elenam vocatam filiam Petri filii Adriani de Bald(kho) ad humilem peticionem quondam Thome woyuode Transsiluani in nostrum [illegible] domini
Petri patris sui et eciam filium ipsius Petri legitimum prefecimus successorem, tamen advocati et orphanorum nobilis domine Margarethe vocate filie dicti Adriani relicte quondam filii
Nicolai Syculi nostris litteris conquerentes eorum eadem domina ignobili et homini imposterum nupta existat, ut eadem domina possessiones prius extradata sororis domine Sancte Margarethe
aliorum eadem de presencia regia et gracia speciali annuimus quod ipsa quartam suam puellarem de possessionibus dicti patris sui hereditariis provenientem et eciam de possessionibus emptis et impignoratis
dicti Petri filii Adriani non prout si cum possessione et possessionibus recipere valeat, et hanc quamquidem nobilis puella pro sua dictam quartam cum possessione eadem domine Margarethe
persoluendo tamen in residuas possessiones eiusdem iure premisse hic nostra forma succedat easdem possidere consequenter. Unde vestre fidelitati dicimus firmo regio sub edicto precipiendo
mandamus quatenus dictam presentem nostram prefatam quidem puellarem ipsius domine Margarethe ut premissum est de possessionibus hereditariis dicti Adriani et Petri filii sui et eciam de
dictis possessionibus emptis et impignoraticiis sibi cum possessione et possessionibus quondam ipsa sola faciatis prefatam puellam antedictam, aliud non obtenturi nostre gracie nos faciatis salua
premissa pro remanentibus. Presentes vobis et fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatam dominam et filios suos [illegible] possessionariis iuribus pacificos et indempnes conservare
[illegible]. Datum in Torda in festo Epiphanie domini anno eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo. Nos itaque iustis et legitimis peticionibus predicti Michaelis filii Petri de Baldkho annuentes
easdem litteras de verbo ad verbum presentibus transscribi et transsumpmi sigilloque nostro communi fecimus ad cautelam. Datum feria secunda proxima post festum Ascensionis domini anno
eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto.

8

1360.I.6

1975

IV/3

Copia. 1399 8a

Conventus Monasterii Beatae Mariae virginis de Colosmonostra, omnibus Xti fidelibus praesentibus pariter & futuris praesentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Universorum notitiam tam praesentium, quam futurorum harum serie volumus pervenire. Quod nos literas Magnifici viri Domini Ladislai Vaivodae Transilvaniae, & comitis de Zolnok arbitrationales recepimus in haec verba. Nos Ladislaus Vaivoda Transilvaniae, & comes de Zolnok memoriae commendamus. Quod Ladislao filio Kemén de Homosfalva praesentialiter ab una, parte vero ab altera Georgio Pyerossi, Ladislao filiis eiusdem Pyerossi, & Andrea filio Michael, ac Nicolao filio Joannis de Vátzkely similiter praesentialiter coram nobis constitutis confessum extitit per eosdem oraculo vivae vocis in hunc modum, quod ipsi in facto divisionis possionum utriusque Vátzkely dictae Ostrana, Lámk, Kapus, & Homosfalva vocatarum, ratione cujus idem Ladislaus Congregatione nostra tenta universitatis Nobilium, ac alterius cujuslibet status & conditionis hominum dictae partis Transilvaniae octavo die festi paschae Domini, tunc celebrata litem movere intendisset, se arbitrio octo proborum & Nobilium virorum aequali numero adducendorum submisissent, & submiserunt coram nobis tali modo: Quod quidquid iidem octo probi & Nobiles viri in festo Sancti Beati Joannis Baptistae tunc venturo in villa Vátzkely dicta coram testimonio Conventus Ecclesiae beatae Virginis de Colosmonostra, quod per ipsum Conventum sibi praesentiam ad id amicabiliter transmitti postulamus, auditis praedictis portionibus, visisque & examinatis literalibus instrumentis ipsorum hac etiam veris ipsis possessionibus, si ipsae partes in vera divisione eadem extiterint, tunc eadem partes in ipsa vera divisione committerent, si autem praedictae partes in ipsa divisione discordes invenerint, tunc quidquid arbitrarent, hoc ambae partes tenerent

K. IV. 4.

acceptare, tali vinculo obligationis initio prohibito: quod si qua par-
tium ipsum arbitrium dictorum octo proborum, & Nobilium Virorum
non acceptaret, ut talis pars, contra partem alteram ipsum ar-
bitrium acceptantem in quinquaginta marcis eadem parti adju-
dicatis, & in tribus marcis Judici convincetur eo facto, ad quae se
partes praedictae personaliter sponte obligarunt coram nobis. Die
vigesimo 4to dicte congregationis vestrae praedictae in loco memo-
rato Ao Dni millmo Trecentesimo nonagesimo primo. Nos igit.
justis & legitimis Vrae Magnitudini annuentes ut tenemur
unum ex nobis videlicet Fratrem Anthonium presbiterum Vas- nostrum
Conventualem ad infrascriptam divisionem videndam per ipsos
arbitrantes inter partes celebrandam pro testimonio duxisse-
mus destinandum, qui demum exinde ad nos reversus nobis
retulit eo modo: quod ipso Sabbatho videlicet in festo Nativitatis
Beati Joannis Baptistae proxime praeterito, aliisque diebus ad id
sufficientibus, ad facies praedictae possessionis Bátzhely, Estvána,
Panik, Kapus, & Homosfalva vocatar in Comitatu Vrae Magni-
tudinis existentes una cum ipsis Ladislao Filio Kemen de
Homosfalva ab una, Georgio Zerceffi, Ladislao Filiis, Georgio, &
Andrea Filio Michaelis, & Nicolao Filio Joannis de Vater
natis parte ab altera, nec non cum aliis probis Viris Nobilibus
inter partes arbitrantibus personaliter accessissent, ipsorum
ambarum partium voluntate talem veram divisionem inter se
ipsos fieri celebrassent, & fecissent. Primo in Possessione Ma-
gyar Kapus incipiendo a plaga orientali per plateam versus
occidentalem ad borum spatium pergendo usque rubeum fossatum
tergellosum in quodam ore existente, cujus rectam medietatem
villae Magyar Kapus, a praedicta plaga occidentali habitam
Ladislao Filio Kemen relinquendo, aliam vero medietatem
ejusdem villae, a plaga meridionali existente pro fratris Geor-
gio Zerceffi, Ladislao, & Andrea Filio Michaelis, & Nicolao Filio
Joannis

Suarum dimisissent, ab eodem fossato rubeo ultra rivulum Kapus--
vocatum, versus meridiem flectendo, quasdam domos a plaga orienta-
li habito, ac sessionibus desertis similiter Ladislao filio Kemén di-
mittendo, aliam vero medietatem ejusdem villae cum locis sessionalibus
& quibusdam alijs domus a dextra parte uni--q. parte, a plaga
occidentali existentes habitas similiter antelatis Georgio Gyerőffi,
Ladislao, Andreae, & Nicolao relinquissent cuilibet parti cum omni-
bus utilitatibus separatis, nemoribus, sylvis, agris, alpinis, foenetis
utilitatumque suarum pertinentijs universis. Abhinc ulterius per-
gendo ad eandem plagam occidentalem in fine praedictae villae Kapus
unum molendinum reperiendo cujus medietatem Ladislao filio Kemén
& aliam medietatem Magno Georgio, ac praenotatis fratribus suis relin-
quendo [illegible]. Dein paululum progrediendo ad aliam villam Oláh
Kapus vocatam, pervenissent a plaga orientali versus plagam occi-
dentalem, in medio villae eundo per bonum spatium pervenissent ad quas-
dam arbores [illegible] quas ad portionem Magni Georgij cum fratribus
suis relinquissent, ulterius pergendo pervenissent ad alias arbores
Cemiterij pomorum respective, quas ad portionem Ladislai filij Kemén
dimisissent, & paulisper pergendo reperissent unum magnum la-
pidem in fine villae, quem pro meta sessionali inter partes relin-
quissent cum-- az & aequalem medietatem ejusdem villae, a plaga
meridionali habitam praelibato Ladislao filio Kemén relinquendo, aliam
vero medietatem Magno Georgio cum suis fratribus praescriptis dimi-
sissent, similiter cum omnibus utilitatibus suis universis, & in fine prae-
dictae villae Oláh Kapus molendinum reperiendo, quod similiter in duas
partes dividendo, una pars Ladislao filio Kemén, & alia filijs Geor-
gij devenissent, ad medietatem operis ipsius molendini praefatus La-
dislaus filius Kemén, ipsius filijs Georgij persolvere tenetur, ab-
hinc pervenissent in villam Vásárhely vocatam, quam in antiqua divisio-
ne tempore patris ipsorum habito dimisissent, ad alias utilitates
ut terras arabiles, prata, foeneta, nemora, campos, sylvas, alpinas
agros, pitinas, & alias utilitates in duas partes aeque dimisis-
sent, media pars Ladislao filio Kemén, alia vero medietas Georgio
Gyerőffi, Ladislao, Andreae, & Nicolao [illegible] relinquendo, dein pervenis-
sent, ad villam Lamk & ipsa taliter dividendo. Incipiendo ab quadam

primo monticulo, vulgarice Tiszgor vocato, à plaga meridionali;
& aequaliter pertranseundo ad plagam partis Septentrionalem usque
quandam terram argellosam rubei coloris, quam terram argellosam
pro meta sessionali inter partes reliquissent, cujus rectam medieta
tem ejusdem Villae Panik, à plaga orientali praetergentis Sergio Gerofft, La
dislao, Andreae & Nicolao relinquendo in portionem ipsorum; aliam vero me
dietatem à plaga occidentali existentem Ladislao Filio Kemén dimisissent,
in perpetuo similiter cum omnibus utilitatibus suis universis. Deinde tran
sissent ad villam, seu possessionem Obrana vocatam, eatem pariter divisionem
quam incipiendo à plaga orientali in medietate plateae villae Obrana,
à plaga meridionali existente habita - - - - - - - - Ladislao
Filio Kemén dimittendo, aliam vero medietatem villae, à dicta plaga meridiona
li habita praenominatis Sergio Gerofft, Ladislao, Andreae, Nicolao reliquissent
similiter cum omnibus utilitatibus suis universis. Abhinc pergissent ad Posses
sionem Domosfalva, ipsam similiter mediam divisione relinquendo. & prae
possessione Vatichely, cum quatuor utilitates praetextuum possessionum Ma
gnae Kapus, Olah Kapus, Vatichely, Panik, Obrana, & Domosfalva
vocatas, scilicet terras arabiles, prata, foeneta, Nemora, Campos, Sylvas, alpi
nas, aquas, piscinas, ac etiam praedictas possessiones Predictus annotatas
praefatus Ladislaus Filius Kemén, cum praenominatis Sergio Gerofft, La
dislao Filijs Sergij, ac Andreae Filio Michaelis, & Nicolao Filio Joannis
de Vatichely praedictis in perpetuum dividissent possidendas, tenendas, & ha
bendas eodem eque salvo jure alieno, signanter salvo jure Ecclesiae nostrae praedictae
omnino penitus contradictore apparente, neque etiam declarato per praelibatus
Ladislaus Filius Kemén, nec cum aliis Fratribus suis condivisionalibus, nihil
cum praenominatis Sergio Gerofft, Ladislao, Filijs Sergio & Andrea Filio
Michaelis & Nicolao Filio Joannis perpetuam, & irrevocabilem fecissent divi
sionem tali vinculo gravamini inter partes imposito. Quod quicunque aliqui
ipsorum aut Filij & Proximi eorum praedictam divisionem perpetuam, & irrevo
cabilem vellent ultra intendere, reiterare, extunc talis pars tollerati ipsa
divisionem, in quinquaginta marcis gravis ponderis, & Judici tribus
marcis similiter gravis ponderis convincetur eo facto: ad quae partes
praedictae coram testimonio nostro, & ipsis hominibus arbitrantibus spon
tanea obligassent voluntate. In quorum itaque permissorum testimonium praesentes
Literas nostras privilegiales pendentis & authentici sigilli nostri munimine robo
ratas eisdem duximus concedendas communi justitia suadente. Datum
Duodecimo die diei Festi Nativitatis Beati Joannis Baptistae.
Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo primo supradicto.

Anno 1375. Ad poss. Geld et Geldr
Palimodis lrã emanata.

IV/13